

Alie Lectiones pro pluribus
saculo Martyribus:

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Joannis Chrysostomi.
Sermone 1. de Mart. tom. 3.

LECTIO IV.

Nemo est qui nesciat, Martyrum gloriam ad hoc divino consilio a Dei populis frequentari, ut illis debitus honor diceretur, & nobis virtutis exempla, favente Christo, monstrarentur: ut dum hæc ita celebrari perspicimus, cognoscamus quanta eos gloria maneat in caelis, quorum natalicia taliter celebrantur in terris: quò possimus etiam ipsi talibus provocari exemplis, virtute pari, devotione consimili ac fide: ut, Christo præstante, dimicare & vincere hostem possimus, ut parta victoriâ, cum isdem Sanctis in regnis cœlestibus triumphemus.

Sancti tui Domine mirabile consecuti sunt iter, servientes præceptis tuis, ut invenirentur illasi in aquis validis: Terra apparuit arida: & in Mari rubro via sine impedimento. Quoniam percussit tram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundaverunt Terra.

LECTIO V.

Quis est enim, qui eorum volens merito copulari, nisi prius constantiam eorum teneat, secreturam fidem, imitetur virtutem passionis, eorum gloriam paribus vitæ lineamentis aut inveniat, aut exquirat? Qui etsi martyrio par esse non possit, tamen muneris tanti dignitate se quisque bonis actibus dignum præbeat. Adest enim clementissimus Deus, qui desiderantibus suis aut martyrium præbeat, aut sine martyrio cum Sanctis præmia divina retribuat.

Verbera carnicum non timebunt Sancti Dei, morientes pro Christi nomine: Ut hæredes fierent

in domo Domini. Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia. Ut hæredes.

LECTIO VI.

Ut enim infirmatur peccator adversus, ita justus tentationibus roboratur. Sic dimicant adversus peccatum Sancti: sic & laborando fortiores, & moriendo victores effecti sunt. Nullus athletæ sine certamine fortior dici, nullus sine victoriâ poterit coronari. Nemo miles sine prælio hostem subjicit, nemo sine bello imperatorem promeruit. Habes Christiâ competentia arma, quibus hostem expugnes: habes fortissima tela, quibus inimicum debelles.

Tamquam aurum in fornacæ probavit electos Dominus, & quasi holocausti hostiam accepit illos: & in tempore erit respectus illorum: Quoniam donum & pax est electis Dei. Qui confidunt in illum, intelligent veritatem, & fideles in dilectione acquiescent illi. Quoniam, Gloria Patri. Quoniam.

In tertio Nocturno.

LECTIO sancti Evangelii secundum
Lucam.

LECTIO VII.

Cap. 6. c.

In illo tempore: Descendens Jesus de monte, stetit in loco campèstri, & turba discipulorum ejus, & multitudo copiosa plebis ab omni Judæa, & Jerusalem, & maritima, & Tyri, & Sidonis. Et reliqua. Homilia Sancti Ambrosii Episcopi.

Lib. 5. in Luc. 6. post initium.

Adverte omnia diligenter, quomodo & cum Apostolis ascendat, & descendat ad turbas. Quomodo enim turba nisi in humili Christum videret? Non sequitur ad excelsa, non ascendit ad sublimia. Denique ubi descendit, invenit infirmos; in excelsis enim infirmi esse non possunt. Hinc etiam Matthæus docet in-

in-

inferiõibus debiles esse sanatos. Prius enim unusquisque sanandus est, ut paulatim virtutibus procedentibus ascendere possit ad montem. Et ideò quemque in inferiõibus sanat, hoc est, à libidine revocat, injuriam nostram descendit: ut usu quodam & copiâ suæ naturæ, participes nos faciat esse regni cœlestis.

Propter testamentum Domini, & leges paternas, Sancti Dei perstiterunt in amore fraternitatis: Quia unus fuit semper spiritus in eis, & una fides. Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum. Quia unus.

LECTIO VIII.

Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei. Quatuor tantum beatitudines Sanctus Lucas Dominicus posuit, octo verò Sanctus Matthæus: sed in illis octo istæ quatuor sunt, & in quatuor istis illæ octo. Hic enim quatuor velut virtutes amplectus est cardinales: ille in illis octo mysticum numerum reseravit. Pro octava enim multi inscribuntur Psalmi: & mandatum accipis octo illis partem dare, fortassè benedictionibus. Sicut enim spei nostræ octava perfectio est, ita octava summa virtutum est. Sancti mei qui in carne positi, certamen habuistis: Mercedem laboris ego reddam vobis. Venite benedicti Patris mei, percipite regnum. Mercedem. Gloria Patri. Mercedem.

LECTIO IX.

Sed prius, quæ sunt ampliõra videamus. Beati, inquit, pauperes spiritu, quoniam vestrum est regnum Dei. Primam benedictionem hanc uterque Evangelista posuit. Ordine enim prima est, & parens quædam generatiõque virtutum: quia qui contempserit secularia, ipse meribitur sempiterna: nec potest quisquam meritum regni cœlestis adipisci, qui

mundi cupiditate pressus, emergendi non habet facultatem.

Te Deum laudamus. 13.

COMMUNE

CONFESSORIS PONTIFICIS.

Ad Vesperas, Antiphona. Ecce sacerdos magnus, cum reliquis de Laudibus Ixvi, Psalm. Dixit Dominus, cum reliquis ut in Communi Apostolorum. j.

Capitulum.

Eclii 44. c.

Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inventus est justus: & in tempore iracundiæ factus est reconciliatus.

Hymnus.

Iste Confessor Domini, colentes, Quem pie laudant populi per orbem,

Hæc die lætus meruit beatas

Scandere sedes.

Si non est dies obitus, dicatur:

Hæc die lætus meruit supremos

Laudis honores.

Qui pius, prudens, humilis, pudicus, Sôbriam duxit sine labe vitam, Donec humanos animavit aure Spiritus antum.

Cujus ob præstans meritum, frequenter,

Ægra quæ passim jacuere membra,

Viribus morbi dõmitis, saluti

Restituitur.

Noster hinc illi chorus obsequentem

Cõcinit laudem, celebrésque

palmas,

Ut piis ejus præcibus juvemur

Omne per ævum.

Sit salus illi, ævus, atque virtus,

Qui super cœli sôlo coruscans,

Totius mundi sèriem gubernat

Trinus & unus. Amen.

Amavit eum Dominus, & ornavit eum. R. Stolum gloriæ induit eum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Sacerdos & Pontifex, & virtutum

õpifex, pastor bone in populo, ora

pro

pro nobis Dóminum.
Pro Doctoribus in *utrisque Vesperis.*
Ad Magnificat, Antiphona.

O Doctor óptime, Ecclesiæ sanctæ lumen, beate *N.* divinæ legis amator, deprecare pro nobis Fílium Dei.

Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus: ut beati *N.* Confessoris tui atque Pontificis venerandæ sollemnitas, & devotíonem nobis angeat & saluet. Per Dóminum nostrum.

Alia Oratio.

EXaudi, quæsumus Dómine, preces nostras, quas in beati *N.* Confessoris tui atque Pontificis sollemnitate desérimus: & qui tibi dignè méruit famulari, ejus intercedentibus méritis ab ómnibus nos absolvet peccatis. Per Dóminum.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Regem Confessorum Dóminum,
Venite, adorémus. *Psalm.* Venite, exultémus. *r.* Hymnus. Iste Confessor. *ut supra.* lix.

In primo Nocturno, Antiphona.

Beatus vir, qui in lege Dómini meditatur: voluntas ejus permanet die ac nocte, & ómnia quæcumque faciet semper prosperabuntur.

Psalmus. r.

BEatus vir, qui non ábit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, * & in cathedra pestilentie non sedit:

Sed in lege Dómini voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, * quod fructum suum dabit in tempore suo:

Et folium ejus non defluet: * & ómnia quæcumque faciet prosperabuntur.

Non sic impij, non sic: * sed tamquam pulvis, quem projicit ventus á facie terræ.

Ideo non resurgent impij in iudicio: * neque peccatores in concilio justorum.

Quoniam novit Dóminus viam justorum: * & iter impiorum peribit.

Antiphona. Beatus vir, qui in lege Dómini meditatur: voluntas ejus permanet die ac nocte, & ómnia quæcumque faciet, semper prosperabuntur.

Antiphona. Beatus iste Sanctus, qui confisus est in Dómino, prædicavit præceptum Dómini, constitutus est in monte sancto ejus.

Psalmus. 2.

Quare fremuerunt Gentes, * & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum * adversus Dóminum, & adversus Christum ejus.

Dirumpamus vincula eorum: & projiciamus á nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in cælis, irridébit eos: * & Dóminus subsannábit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua, * & in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præceptum ejus.

Dóminus dixit ad me: * Filius meus es tu, ego hódie genui te: Póstula á me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam: * & possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in vírga ferrea, * & tamquam vas figuli confringes eos: Et nunc reges intelligam, * erudimini qui iudicatis terram.

Servite Dómino in timóre: * & exultate ei cum tremóre.

Apprehendite disciplinam, nequándo irascatur Dóminus, * & pereratis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira ejus, * beati omnes qui confidunt in eo.

An-

Antiphona. Beatus iste Sanctus, qui confisus est in Dómino, prædicavit præceptum Dómini, constitutus est in monte sancto ejus.

Antiphona. Tu es glória mea, tu es susceptor meus Dómine: tu exaltans caput meum, & exaudisti me de monte sancto tuo.

Psalmus. 3.

Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me? * multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt animæ meæ: * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Dómine susceptor meus es: * glória mea, & exaltans caput meum.

Voce meá ad Dóminum clamavi: * & exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, & soporatus sum: * & exurrexi quia Dóminus suscepit me.

Non timébo millia populi circumdantis me: * exurge Dómine, salvum me fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa: * dentes peccatorum contrivisti.

Dómini est salus: * & super populum tuum benedictio tua.

Antiphona. Tu es glória mea, tu es susceptor meus Dómine: tu exaltans caput meum, & exaudisti me de monte sancto tuo. *V.* Amavit eum Dóminus, & ornávit eum.

R. Stulam glóriæ induit eum. Pater noster. *Absolutio.* Exaudi Dómine. *V.* Jube domne. *Benedictio.* Benedictioe perpétua.

De Epístola prima beati Pauli Apóstoli ad Timótheum.

Lectio. i. *Cap. 3.*

Fidélis sermo: Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Opórtet ergo Episcopatum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sóbrium, prudén-

tem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum: non litigiosum, non cupidum, sed suæ domui benè præpositum: filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habébit? Non neophytum: ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. Opórtet autem illum & testimónium habere bonum ab iis, qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli.

R. Euge serve bone & fidélis, quia in pauca fuisti fidélis, supra multa te constituam: *R.* Intra in gaudium Dómini tui. *V.* Dómine quine talenta tradidisti mihi, ecce alia quine superlucratum sum. Intra. *Benedictio.* Unigenitus Dei Filius.

De Epístola ad Titum.

Lectio. ij. *Cap. i. b.*

Opórtet enim Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis luti cupidum: sed hospitalem, benignum, sóbrium, justum, sanctum, continentem, amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidélem sermonem: ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere. Sunt enim multi etiam inobediétes, vaniloqui, & seductores: maxime qui de circumcisíone sunt: quos opórtet redargui: qui uníversas domos subvertunt, docétes que non opórtet, turpis lucrú gratia.

R. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo: *R.* Ideo juraverundo fecit illum Dóminus crescere in plebem suam. *V.* Benedictiónem omnium gentium dedit illi, & testaméntum suum confirmávit

su-

super caput ejus. Ideo jurejurando.
Benedictio. Spiritus sancti grátia.

Lectio iij.

TU autem loquere quae decent sanam doctrinam: Senes ut sóbrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia: Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino servientes, bene docentes, ut prudentiam doceant adolescentulas, ut viros suos ament, filios suos diligant, prudentes, castas, sóbrias, domus curam habentes, benignas, sóbriitas viris suis, ut non blasphemetur verbum Dei. Jvenes similiter hortare ut sóbrii sint. In ómnibus teipsum praebere exemplum bonorum óperum, in doctrina, in integritate, in gravitate, verbum sanum, irreprensibile: ut is, qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis.

R. Jurávit Dóminus, & non poenitēbit eum: * Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. **V.** Dixit Dóminus Dómino meo, Sede à dextris meis. Tu es sacerdos. Glória Patri. Tu es.

Insecundo Nocturno, Antiphona. Invocāntem exaudivit Dóminus Sanctum suum, Dóminus exaudivit eum, & constituit eum in pace.

Psalmus 4.

CUm invocārem exaudivit me Deus justitiae meae: * in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei: * & exaudi orationem meam.

Filii hóminum usquequò gravi corde? * ut quid diligitis vanitatem, & quaeritis mendacium?

Et scitote quóniam mirificávit Dóminus sanctum suum: * Dóminus exaudivit me, cum clamávero ad eum.

Inscimini, & nolite peccare: * quia dicitis in córdibus vestris, in

cubilibus vestris compungimini.

Sacrificāte sacrificium justitiae, & sperate in Dómino; * Multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?

Signátum est super nos lumen vultus tui Dómine: * dedisti laetitiam in corde meo.

A fructu frumentí, vini, & ólei sui, * multiplicati sunt.

In pace in idipsum * dormiam, & requiescam.

Quóniam tu Dómine singulariter in spe * constituisti me.

Añsa. Invocāntem exaudivit Dóminus Sanctum suum, Dóminus exaudivit eum, & constituit eum in pace.

Antiphona. Latentur omnes, qui sperant in te Dómine: quóniam tu benedixisti justo, scuto bonae voluntatis tuae coronasti eum.

Psalmus 5.

Verba mea áuribus percípe Dómine, * intellige clamórem meum.

Intende voci orationis meae, * rex meus, & Deus meus.

Quóniam ad te orábo: * Dómine mane exaudies vocem meam.

Mane astábo tibi, & videbo: * quóniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit juxta te malignus: * neque permanebunt injusti ante oculos tuos.

Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: * perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum & dolosum abominábitur Dóminus: * ego autem in multitudíne misericórdiae tuae,

Introibo in domum tuam: * adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dómine deduc me in justitiam tuae: * Dóminus sanctum suum: * Dóminus exaudivit me, cum clamávero ad eum.

Quóniam non est in ore eórum veritas: * cor eórum vanum est.

Se-

Sepúlchrum patens est guttur eórum, linguis suis dolosè agébant, * júdica illos Deus.

Décidant à cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eórum expelle eos, * quóniam irriverunt te Dómine.

Et latentur omnes, qui sperant in te, * in aeternum exultabunt: & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, * quóniam tu benedices justo.

Dómine, ut scuto bonae voluntatis tuae * coronasti nos.

Antiphona. Latentur omnes, qui sperant in te Dómine: quóniam tu benedixisti justo, scuto bonae voluntatis tuae coronasti eum.

Añsa. Dómine Dóminus noster, quám admirabile est nomen tuum in universa terra: quia glória & honore coronasti Sanctum tuum, & constituisti eum super ópera manuum tuarum.

Psalmus 3.

Domine Dóminus noster, * quám admirabile est nomen tuum in universa terra!

Quóniam elevata est magnificentia tua * super caelos.

Ex ore infantium & lactentium perficisti laudem propter inimicos tuos: * ut destruas inimicum & ultorem.

Quóniam vidébo caelos tuos, ópera digitorum tuorum: * luum & telas, quae tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hóminis, quóniam visitas eum?

Minuisti eum paulò minùs ab Angelis, glória & honore coronasti eum: * & constituisti eum super ópera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pèdibus ejus, * oves & boves universas: in super & pècora campi.

Volucres caeli, & pisces maris, *

qui perambulant sémitas maris Dómine Dóminus noster, * quám admirabile est nomen tuum in universa terra!

Añsa. Dómine Dóminus noster, quám admirabile est nomen tuum in universa terra: quia glória & honore coronasti Sanctum tuum, & constituisti eum super ópera manuum tuarum. **V.** Elegit eum Dóminus sacerdotem sibi. **R.** Ad sacrificandum ei hóstiam laudis. Pater noster. **Absol.** Ipsius pietas. **V.** Jube domine. **Bened.** Deus Pater omnipotens. Sermo Sancti Maximi Episcopi.

Hómilia 19. quae est 2. de Sancto Eusebio Vercellensi.

Lectio iv.

AD sancti ac beatissimi Patris nostri **N.** cujus hódie festa celebrámus, laudes addidisse aliquid, deceperisse est: siquidem virtutum ejus grátia non sermónibus exponenda est, sed operibus comprobanda. Cum enim dicat Scriptúra: Glória patris est filius sapiens: quantae hujus sunt glóriae, qui tantorum filiorum sapientia & devotíone lætatur? In Christo enim Jesu per Evangelium ipse nos genuit.

R. Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliábitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocébit ei. Manus. **Benedictio.** Christus perpétuae.

Lectio v.

Quidquid igitur in hac sancta plebe potest esse virtutis & grátiae, de hoc quasi quodam fonte lucidissimo, ómnium rivulorum puritas emanávit. Etenim quia castitatis pollebat vigóre, quia abstinentiae gloriabatur angustis, quia blandimentis erat praeditus lenitatis, ómnium civium in Deum provocávit affectum: quia Pontificis administratíone fulgebat, plures

res è discipulis reliquit sui sacerdotii successores.

R. Posuit adiutorium super potentem, & exaltavit electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus. **Bened.** Ignem sui amoris.

Lectio vi.

Benè & congrue in hac die, quam nobis beati Patris nostri **N.** ad paradysum transitus exultabilem reddit, præsentis Psalmi versiculum decantavimus: In memoria eterna erit justus. Digne enim in memoriam venitur hominum, qui ad gaudium transit Anglorum. Dicit sermo divinus: Ne laudem hominem in vita sua: tamquam si oceret: Lauda post vitam, magnifica post consummationem. Duplici enim ex causa utilis est hominum magis memoria laudem dare, quam vitæ: ut illo potissimum tempore merita sanctitatis extollas, quando nec laudantem adulatio movet, nec laudatum tentet elatio.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrinam ejus repleta est: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Iste est qui contempnit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse intercedat.

In tertio Nocturno, Antiphona. Domine, iste Sanctus habitabit in tabernaculo tuo, operatus est justitiam requiescet in monte sancto tuo.

Psalmus 14.

Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula, * & operatur justitiam:

Qui loquitur veritatem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua:

Nec fecit proximo suo malum, * & opprobrium non accepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus: * timentes autem Dominum glorificat.

Qui jurat proximo suo, & non decipit, * qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera super innocentem non accepit.

Qui facit hæc, * non movebitur in æternum.

Añ. Domine, iste Sanctus habitabit in tabernaculo tuo, operatus est justitiam, requiescet in monte sancto tuo.

Antiphona. Vitam petiit à te, & tribuisti ei, Domine: gloriam & magnum decorem imposuisti super eum: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Psalmus 20.

Domine in virtute tua letabitur rex: * & super salutarem tuam exultabit vehementer.

Desiderium cordis ejus tribuisti ei: * & voluntate labiorum ejus non fraudasti eum.

Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: * posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Vitam petiit à te: * & tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum, & in sæculum sæculi.

Magna est gloria ejus in salutari tuo: * gloriam & magnum decorem impones super eum.

Quoniam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi: * lætificabis eum in gaudio eum vultu tuo.

Quoniam rex sperat in Domino: * & in misericordia Altissimi non commovebitur.

Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis, * dextera tua inveniat omnes, qui te oderunt.

Pones eos ut cilicium ignis in tempore.

tempore vultus tui: * Dominus in ira sua conturbabit eos, & devorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra perdes: * & semen eorum de filiis hominum.

Quoniam declinaverunt in te mala: * cogitaverunt consilia, que non poterunt stabilire.

Quoniam pones eos dorsum: * in reliquiis tuis præparabis vultum eorum.

Exaltare Domine in virtute tua: * cantabimus & psallemus virtutes tuas.

Añ. Vitam petiit à te, & tribuisti ei, Domine: gloriam & magnum decorem imposuisti super eum: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Añ. Hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo: quia hæc est generatio querentium Dominum.

Psalmus 23.

Domini est terra, & plenitudo ejus: * orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: * & super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus & mundo corde, * qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem à Domino: * & misericordiam à Deo salutari suo.

Hæc est generatio querentium eum, * querentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales, * & introibit rex glorie.

Quis est iste rex glorie? * Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes ves-

tras, & elevamini portæ æternales: * & introibit rex glorie.

Quis est iste rex glorie? * Dominus virtutum ipse est rex glorie.

Añ. Hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo: quia hæc est generatio querentium Dominum. **R.** Secundum sacrdotes in æternum. **R.** Secundum ordinem Melchisedech, Pater noster.

Absolutio. A vinculis. **V.** Iube domine. **Benedictio.** Evangelica lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum.

Cap. 25.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolas hæc: Homo peregrinatus proficiscens, vocavit servos suos, & tradidit illis bona sua. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papæ.

Homilia 9. in Evangelia.

Lectio sancti Evangelii, fratres charissimi, sollicitè considerate nos admonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo accepisse aliquid cœnimur, ab auctore mundi gravius inde judicemur. Cum enim augentur dona, rationes etiam crescant donorum. Tanto ergo esse humilior, atque ad serviendum Deo promptior quisque debet ex minere, quanto se obligatiorem esse cõspicit in reddenda ratione. Ecce homo, qui peregrinatus proficiscitur, servos suos vocat, eisque ad negotium talenta partitur. Post mortem verò temporis positurus rationem revertitur. Bene operantes pro apportato lucro remunerat, servum verò à bono opere torpentem damnat.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam glorie induit eum.

V. Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus locricam fidei, & ornavit eum. Et ad

Bened. Cujus festum colimus.

Lectio viij.

Quis itaque iste homo est, qui peregrinor proficiscitur, nisi Redemptor noster, qui in ea carne quam assumpsit, abiit in cœpulum? Carnis enim locus proprius terra est, quæ quasi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem nostrum in cœlo collocatur. Sed homo iste peregrinor proficiscens, servis suis bona sua tradidit, quia fidelibus suis spiritualia dona concessit. Quinque etenim sunt corporis sensus: videlicet, visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus. Quinque ergo talentis, donum quinque sensuum, id est, exteriorum scientia exprimitur. Duobus vero, intellectus & operatio designatur. Unus autem talenti nomine, intellectus tantummodo designatur.

B. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis. **V.** Vigilate ergo, quia nescitis quâ hora Dominus vester venturus sit. Et vos. Gloria Patri. Et vos. **Benedictio.** Ad societatem.

Lectio ix.

Sed is qui quinque talenta accepit, alia quinque lucratus est: quia sunt nonnulli, qui etsi in æterna ac mystica penetrare nesciunt, pro intentione tamen supernæ patriæ docent recta quos possunt, de ipsis exterioribus, quæ acceperunt, duplum talentum portant: dumque se à carnis petulantia, & à terrenarum rerum ambitu, atque à visibilibus voluptatibus custodiunt, ab his etiam alios admonendo compescunt. Et sunt nonnulli, qui quasi duobus talentis ditati, intellectum atque operationem percipiunt, subtilia de internis intelligunt, mira in exterioribus

operantur. Cùmque & intelligendo & operando aliis pradicant, quando duplicatum de negotio lucrum reportant.

Te Deum laudamus. 13.

AD LAUDES,
& per Horas, Antiphona.

Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inventus est justus. **Psalm.** Dominus regnavit, cum reliq. 13. **Antiphona.** Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi. **Añ.** Ideo iurejurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam. **Añ.** Sacerdotes Dei benedicite Dominum: servi Domini hymnum dicite Deo, alleluia. **Añ.** Serve bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui.

Capitulum. *Eccli 44. c*
Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inventus est justus: & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio.

Hymnus.

Jesu Redemptor omnium, Perpes coròna Præsulum, In hac die clementius Indulgeas precantibus. Tui sacri qua nòminis Confessor almus claruit: Hujus celebrat annua Devòta plebs solènnia.

Qui ritè mundi gaudia Hujus caduca respuens, Æternitatis præmio, Potitur inter Angelos. Hujus benignus annua Nobis sequi vestigia: Hujus precatu servulis Dimitte noxam criminis. Sit Christe Rex piissime Tibi, Patrique gloria, Cum Spiritu Paraclito, Nunc, & per omne sæculum. Amen.

Ad Nonam, Antiphona.

Serve bone.

Capitulum.

Eccli 45. c

Fungi sacerdotio, & habere laudem in nomine ipsius, & offerre illi incensum dignum in odorem suavitatis.

B. br. Tu es sacerdos * In æternum. Tu es sacerdos. * Secundum ordinem Melchisedech. In æternum. Gloria Patri. Tu es. * Justum deduxit Dominus per vias rectas. **B.** Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Vesperas, Antiphona. Ecce sacerdos magnus, cum reliquis de Laudibus. lxxj. **Psalmus.** Dixit Dominus, cum reliquis de Dñica. 94. & loco ultimi, **Psalmus** Meménto Dòmine Quas, 102.

Capitulum & Hymnus. xj. **Ut supra** in primis Vesperis. xj. * Justum deduxit Dominus per vias rectas. **B.** Et ostendit illi regnum Dei. **Ad Magnificat, Antiphona.**

Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, & ad portas paradisi coronavit eum.

Sequens Antiphona dicitur ad Magnificat in iij Vesperis pro solis Summis Pontificibus, **Añ.** Dum esset Summus Pontifex, terrèna non mèruit, sed ad cœlestia regna gloriosus migravit.

Si occurrat celebrari Festum plurimorum Pontificum & Confessorum, Officium fit, ut supra; sed in Oratione & Sermone, quæ ponuntur in singulari, dicuntur in plurali, & in primo Nocturno leguntur sequentes Læctiones de Scriptura.

De libro Ecclesiastici.

Lectio j.

Cap. 44.

Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua. Multam gloriam fecit Dominus magnificentia sua à sæculo. Dominantes in potestatibus suis, homines magni virtute, & prudentia sua præ-

* Justum deduxit Dominus per vias rectas. **B.** Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Benedictus, Antiphona.

Euge serve bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constitutum, dicit Dominus.

Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus; ut beati **N.** Confessoris tui atque Pontificis veneranda solèmnitas, & devotionem nobis augeat & salutem. Per Dominum nostrum.

Alia Oratio.

Exaudi quæsumus Dòmine preces nostras, quas in beati **N.** Confessoris tui atque Pontificis solèmnitate defèrimus: & qui tibi dignè mèruit famulari, ejus intercedentibus mèritis ab omnibus nos absolve peccatis. Per Dominum.

Ad Tertiam, Antiphona. Non est inventus. **Capitulum.** Ecce sacerdos, ut supra.

B. br. Amavit eum Dominus, * Et ornavit eum. Amavit. * Stolam gloriæ induit eum. Et ornavit. Gloria Patri. Amavit. * Eliguit eum Dominus sacerdotem sibi. **B.** Ad sacrificandum ei hostiam laudis.

Ad Sextam, Antiphona.

Ideo iurejurando.

Capitulum.

Eccli 44. c

Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi: ideo iurejurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam.

B. br. Eliguit eum Dominus * Sacerdotem sibi. Eliguit. * Ad sacrificandum ei hostiam laudis. Sacerdotem. Gloria Patri. Eliguit. * Tu es sacerdos in æternum. **B.** Secundum ordinem Melchisedech.

Pars Ætiva.

præditi, nuntiâtes in prophætiâ dignitatem Prophetarum, & imperantes in præsentî populo, & virtute prudentiæ populus sanctissima verba. In peritiâ sua requirêtes modos musicos, & narrantes carmina scripturarum.

R. Enge serve bone & fidêlis, quia in pauca fuisti fidêlis, supra multa re constituam: * Intra in gaudium Dômini tui. * Dômine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucrâtus sum. Intra.

Lectio ij.

Homines divites in virtute, pulchritudinis studium habentes: pacificantes in dômibus suis. Omnes isti in generatiônibus gentis sue gloriâ adèpti sunt, & in dièbus suis habentur in laudibus. Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum: & sunt quorum non est memôria: perierunt quasi qui non fuerint: & nati sunt, quasi non nati, & filii ipsorum cum ipsis.

R. Ecce sacerdos magnus, qui in dièbus suis placuit Deo: * Ideo iurjurando fecit illum Dôminus crescere in plebem suam. * Benedictionem omnium gentium dedit illi, & testamentum suum confirmavit super caput ejus. Ideo iurjurando.

Lectio iij.

Sed illi viri misericordiæ sunt, quorum pietates non defuerunt: cum semine eorum permanent bona, hæreditas sancta nepotes eorum, & in testamentis stetit semen eorum: & filii eorum propter illos usque in ætérnum manent: semen eorum, & gloria eorum non derelinquêtur. Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum vivit in generationem & generationem. Sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem eorum nuntiet ecclesia.

R. Juravit Dôminus, & non penitebit eum: * Tu es sacerdos in

ætérnum secundum ordinem Melchisedech. * Dixit Dôminus Dômino meo, Sede à dextris meis. Tu es sacerdos. Glôria Patri. Tu.

Alie Lectiones pro Pontifice, & Confessore.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Maximi Episcopi.

Ex Hom. 59. quæ est 2. de S. Euseb.

Lectio iv.

Beati patris N. mérita jam in tuto posita securi magnificemus: qui gubernaculum spei viriliter tenens, anchoram spei tranquillâ jam in statione composuit, & plenam cœlestibus divitiis & æternis mercibus navem optato in litore collocavit qui contra omnes adversarios seutum timoris Dei tamdiu infatigabiliter tenuit, donec ad victoriam perveniret. Quid enim fuit totus vitæ illius cursus, nisi unius cum vigili hoste conflictus?

R. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. * Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocèbit ei. Manus enim.

Lectio v.

Quantis hic cæcis à via veritatis errantibus, & de summa jam in profundum rupe pendentibus, amissum reddidit visum, & illum, quo Christus videretur, reparavit intuitum? Quântorum auribus surdis, & infidelitatis obturatione damnatis, ad percipiendam vocem cœlestium mandatorum, pretiosum infudit auditum, ut vocanti Deo ad misericordiam responderent per obedientiam? Quantos intrinsecus vulneratos, Angélici oris arte & orationum, ab infirmitate curavit?

R. Posui adiutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. * Inveni David servum

meum

meum oleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

Lectio vi.

Quantos per longam incuriam peccati labe resolutos, & quadam lepræ contagione perfusos, castigatiônibus & exhortatiônibus explando, Deo in se operante mundavit? Quântorum animas viventes in corpore jam defunctas, & delictorum mole obrutas ac sepultas, ad emendationem tamquam ad lucem vocando, Deo resuscitavit, ut Dômini sui admirandus imitator, jam mortuus Deo, & contrario mortificet vitâli morte peccato?

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrinâ ejus replêta est, * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. * Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Ipse intercedat. Glôria Patri. Ipse intercedat.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij.

Cap. 24. d

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vigilate, quia nescitis quâ horâ Dôminus vester venturus sit. Et reliqua.

Homilia Sancti Hilarii Episcopi. *Comment. in Matth. can. 26. in fine.*

Ut ignorantiam illam diè omnibus taciti, non sine utilis silentii ratione esse sciremus, vigilare nos Dôminus propter adventum furis admônuit, & orationum assiduitate detentos, omnium præceptorum suorum operibus inherere. Erem enim esse ostendit zâbulum, ad detrahenda ex nobis spolia pervigilem, & corporum nostrorum dômibus insidiantem: ut ea incuriosis nobis & somno deditis, consiliorum suorum atque ille-

cebrarum jaculis perfodiat. Paratos igitur esse nos convenit: quia dièi ignorantio intemam sollicitudinem suspensæ expectationis exagitet.

R. Amavit eum Dôminus & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, * Et ad portas paradisi coronavit eum. * Induit eum Dôminus lorica fidei, & ornavit eum. Et.

Lectio viij.

Can. 27.

Quisnam est fidêlis servus & prudens, quem constituit Dôminus super familiam suam?

Quamquam in commûne nos ad indefessam vigilantiam curam adhortetur: specialem tamen populi principibus, id est, Episcopis, in expectatione adventu suo sollicitudinem mandat. Hunc enim servum fidêlem atque prudentem, præpositum familiæ significat, comoda atque utilitates commissi sibi populi curantem. Qui si dicto audiens, & præceptis obediens erit, id est, si doctrinæ opportunitate & veritate infirma confirmet, disrûpta consolidet, depravata convertat, & verbum vitæ in æternitatis cibum alendæ familiæ dispendat, atque hæc agens, hisque immoransprehendatur: gloriâ à Dômino tamquam dispensator fidêlis, & villicus utilis consequetur, & super omnia bona constituetur: id est, in Dei glôria collocabitur, quia nihil sit ultra, quod melius sit.

R. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus dômimum suum, quando revertatur à nuptiis. * Vigilate ergo, quia nescitis quâ horâ Dôminus vester venturus sit. Et vos. Glôria Patri. Et vos.

Lectio ix.

Quod si contuens longam Dei patientiam, quæ in profectum humanæ salutis extenditur,

Fff 2

ad-

advērsūm cōservos insōlēsct, & seculi malis vitiiisque se tradet, præsēntium tantūm curam in cultu ventris exērens; desperatā die Dōminus advēnit, eimque à bonis, quæ spondērat, dividet, portionēque ejus cum hypocritis in pōnā æternitatis constituet: quia advēntum desperaverit, quia mandatis non obtinuerit, quia præsēntibus studierit, quia vita Gēntium vixerit, quia desperationē judicii commissam sibi familiam fame, siti, cæde vexaverit. Te Deum laudāmus. 13.

PRO DOCTORIBUS.

Ad Magnificat in utrisque Vespers, Antiphona. O Doctor optime, Ecclesiæ sanctæ lumen, beate N. divina legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei.

Lectiones sequentes leguntur in Festis Doctorum. Officium autem in illis fit de Confessoribus Pontificibus, vel non Pontificibus, pro qualitate Festi.

In primo Nocturno.

De libro Ecclesiastici.

Lectio i.

Cap. 39.

Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in Prophētis vacabit. Narrationem virorum nominatorum conservabit, & in versutias parabolarum simul introibit. Occulta proverbiorum exquiret, & in absconditis parabolarum conversabitur. In medio magnatorum ministrabit, & in conspectu præsidis apparebit. In terram alienigenarum gentium pertransiet, bona enim & mala in hominibus tentabit.

R. Euge serve bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: **V.** Intra in gaudium Dōmini tui. **V.** Dōmine quoniam talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratas sum. Intra.

Lectio ij.

Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dōminum, qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione, & pro delictis suis deprecabitur. Si enim Dōminus magnus voluerit, Spiritu intelligentiæ replēbit illum: & ipse tamquam imbres mittet eloquia sapientiæ suæ, & in oratione confitebitur Dōmino: & ipse diriget consilium ejus, & disciplinam, & in absconditis suis consiliabitur.

Pro Doctore Pontifice, R. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo: **V.** Ideo jurejurando fecit illum Dōminus crescere in plebem suam. **V.** Benedictionem omnium gentium dedit illi, & testamentum suum confirmavit super caput ejus. Ideo jurejurando.

Pro Doctore non Pontifice, R. Justus germinabit sicut lilium, **V.** Et florebit in æternum ante Dōminum. **V.** Plantatus in domo Dōmini, in atriis domus Dei nostri. Et florebit.

Lectio iij.

Ipsa palam faciet disciplinam doctrinæ suæ, & in lege testamenti Dōmini gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam ejus, & usque in sæculum non delēbitur. Non recedet memoria ejus, & nomen ejus requirētur à generatione in generationem. Sapientiam ejus enarrabit gentes, & laudem ejus enuntiabit ecclesiæ.

Pro Doctore Pontifice, R. Juravit Dōminus, & non poenitebit eum: **V.** Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. **V.** Dixit Dōminus Dōmino meo, Sede à dextris meis. Tu es sacerdos. Glória Patri. Tu es.

Pro Doctore non Pontifice, R. Iste cognovit justitiam, & vidit mirabilia magna, & exoravit Altissimum:

mum: **V.** Et inventus est in numero sanctorum. **V.** Iste est qui contempserit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna. Et inventus. Glória Patri. Et inventus.

In secundo Nocturno.

Ex libro Moralium Sancti Gregorii Papa.

Lectio iv.

Lib. 9. cap. 6.

Qui post Orionas Hyadum nomine, nisi Doctores sanctæ Ecclesiæ designantur? Qui subdūctis Martyribus, eo jam tempore ad mundi notitiam venerunt, quo fides clariùs elucet: & repressa infidelitatis hyeme, altiùs per corda fideliū sol veritatis calet. Qui remotā tempestate persecutionis, expletis longis noctibus infidelitatis, tunc sanctæ Ecclesiæ orti sunt, cum ei jam per credulitatis verum lucidor annus aperitur.

Pro Doctore Pontifice, R. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: **V.** Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocēbit ei. Manus.

Pro Doctore non Pontifice, R. Honestum fecit illum Dōminus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductōribus tutavit illum: **V.** Et dedit illi claritatem æternam. **V.** Justum deduxit Dōminus per vias rectas, & ostēdit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

Nec immerito Doctores sancti Hyadum nuncupatione significantur, Græco quippe eloquio hyetorum pluvia vocatur, & Hyades nomen à pluvius acceperunt, quia ortæ proclaudubio imbres ferunt. Bene ergo Hyadum appellatione expressi sunt, qui ad statum universalis Ecclesiæ quasi in cœli faciem ducti, super arētem terram humani pectoris sanctæ prædicationis

imbres fuderunt. Si enim prædicationis sermo pluvia non esset, Mōyses minime dixisset: Expectetur sicut pluvia eloquium meum: & nequaquam per Isaiam Veritas diceret: Mandabo nubibus meis, ne pluant super eam imbrem: atque hoc quo paulo ante protulimus: Quamobrem prohibita sunt stillæ pluviarum.

Pro Doctore Pontifice, R. Posui adiutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: **V.** Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum.

Pro Doctore non Pontifice, R. Amavit eum Dōminus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, **V.** Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dōminus loricaam fidei, & ornavit eum. Et.

Lectio vj.

Dum ergo Hyades cum pluvius veniunt, ad cœli spatia altiora sol ducitur: quia apparente Doctorum scientiā, dum mens nostra imbre prædicationis infunditur, fidei calor augetur. Et perflua terra ad fructum proficit, cum lumen ætheris ignescit: quia uberioris frugum boni operis reddimus, dum per sacre eruditionis flammam in corde clariùs ardemus. Dumque per eos diēbus singulis magis magisque scientia cælestis ostēditur, quasi internā nobis lāminā vernum tempus aperitur: ut novus sol nostris mentibus rutillet, & eorum verbis nobis cōgnitus, seipso quotidie clarior micet. Urgente etenim mundi fine, superna scientia proficit, & largiūs cum tempore excrescit.

Pro Doctore Pontifice, R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrinā ejus replēta est: **V.** Ipse intercedat pro peccatis omnium popu-

pulorum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Ipse intercedat. Glória Patri. Ipse intercedat.

Pro Doctore non Pontifice,

B. Iste homo perfecit omnia quae locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrédere in requiem meam: **Q.** Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Quia. Glória Patri. Quia.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terrae. Quod si sal evanerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi. Lib. 1. de Sermone Domini in monte, cap. 6. tom. 4.

O Stendit Dominus, fatuos esse judicandos, qui temporalium bonorum vel copiam sectantes, vel inopiam metuentes, amittunt aeterna, quae nec dari possunt ab hominibus, nec auferri. Itaque si sal infatuatum fuerit, in quo salietur? Id est, si vos, per quos condiendis sunt quodammodo populi, metu persecutionum temporalium amiseritis regna caelorum, qui erunt homines, per quos a vobis error auferatur, cum vos elegerit Deus, per quos errorem auferat ceterorum?

Pro Doctore Pontifice,

B. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriae induit eum, **Q.** Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus loricae fidei, & ornavit eum. Et ad.

Pro Doctore non Pontifice,

B. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dominum: **Q.** Ip-

se intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Ecce homo sine macula, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Ipse intercedat.

Lectio vij.

Ergo ad nihilum valet sal infatuatum, nisi ut mittatur foras, & calcetur ab hominibus. Non itaque calcatur ab hominibus, qui patitur persecutionem: sed qui persecutionem timendo infatuatur. Calcari enim non potest, nisi inferior: sed inferior non est, qui quavis corpore multa in terra stamineat, corde tamen fixus in caelo est.

B. In medio Ecclesiae aperuit os ejus, **Q.** Et implevit eum Dominus spiritu sapientiae & intellectus. **V.** Jucunditatem & exultationem thesaurizavit super eum. Et implevit. Glória Patri. Et implevit.

Lectio ix.

Vos estis lumen mundi. Quomodo dixit superius Sal terrae, sic nunc dicit Lumen mundi. Nam neque superius ista terra accipienda est, quam pedibus corporeis calcamus: sed homines, qui in terra habitant, vel etiam peccatores, quorum condiendis & extinguendis poterit Apostolicum salem Dominus misit. Et hic mundum, non caelum & terram, sed homines qui sunt in mundo, vel diligunt mundum, oportet intelligi, quibus illuminandis Apostoli missi sunt. Non potest civitas abscondi super montem posita: id est, fundata super insigne magnaeque justitiam, in quam significat etiam ipse mons, in quo disputat Dominus.

Te Deum laudamus. 12.

COMMUNE

Confessoris non Pontificis.

Ad Vesperas, Antiphona. Domine, quinke talenta, ut infra ad Laudes xij. **Psalmus.** Dixit Dominus,

nus, cum reliquis ut in Communione Apostolorum. 3.

Capitulum.

Eccli 31.

Beatus vir, qui inventus est sine macula: & qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia & thesauris. Quis est hic, & laudabilis eum? fecit enim mirabilia in vita sua.

Hymnus.

Iste Confessor Domini, colentes Quem pie laudant populi per orbem, Hac die laetus meruit beatas Scandere sedes.

Si non est dies obitus, dicatur:

Hac die laetus meruit supremos Lauds honores.

Qui pius, prudens, humilis, pudicus, Sobriam duxit sine labe vitam, Donec humanos animavit aure Spiritus artus.

Cujus ob praestans meritum frequentem, Agra quae passim jacere membra, Viribus morbi domitis, saluti Restituantur.

Noster hinc illi chorus obsequentem Concinit laudem, celebrisque palmas;

Ut piis ejus precibus juvemur

Omne per aevum.

Sit salus illi, decus atque virtus,

Qui super caeli solio coruscans

Totius mundi seriem gubernat

Trinus, & unus. Amen.

V. Amavit eum Dominus, & ornavit eum. **B.** Stolam gloriae induit eum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Similabo eum viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram.

Oratio.

Deus, qui nos beati N. Confessoris tui annua solemnitate letificas: concede propitius; ut cujus natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per Dominum.

Alia Oratio.

Adesto Domine supplicationibus nostris, quas in beati N. Confessoris tui solemnitate desideramus: ut qui nostrae justitiae fiduciam non habemus, ejus qui tibi placuit, precibus adjuvemur. Per Dominum.

Si fuerit Abbas

Oratio.

Intercessio nos, quaesumus Domine, beati N. Abbatis commendat: ut quod nostris meritis non vallemus, ejus patrocinio assequamur. Per Dominum.

Ad Matutinum, Invitorium.

Regem Confessorum Dominum,

Venite, adoremus. **Psalmus.** Venite, exultemus. 1. **Hymnus.** Iste Confessor, ut supra. lxxij.

In primo Nocturno, Antiphona. Beatus vir, qui in lege Domini meditatur: voluntas ejus permanet die ac nocte, & omnia quaecumque faciet semper prosperabuntur.

Psalmus 1.

Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, **Q.** & in cathedra pestilentiae non sedit:

Sed in lege Domini voluntas ejus, **Q.** & in lege ejus meditabitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, **Q.** quod fructum suum dabit in tempore suo:

Et folium ejus non defluet: **Q.** & omnia quaecumque faciet prosperabuntur.

Non sic impij, non sic: **Q.** sed tamquam pulvis, quem projicit ventus a facie terrae.

Ideo non resurgent impij in iudicio: **Q.** neque peccatores in concilio justorum.

Quoniam novit Dominum viam justorum: **Q.** & iter impiorum peribit.

Antiphona. Beatus vir, qui in

lege Dómini meditatúr voluntás ejus pórmanet die ac nocte, & ómnia quæcumque faciet, semper prosperabúntur.

Antiphona. Beátus iste Sanctus, qui confíssus est in Dómino, prædicávit præceptum Dómini, constitutus est in monte sancto ejus.

Psalmus 2.

Quare fremuerunt Gentes, & pópuli meditáti sunt inánia? Astiterunt reges terræ, & principes convenérunt in unum * adversus Dóminum, & adversus Christum ejus.

Dirupámus vincula eórum: * & projiciámus a nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in coelis, irridébit eos: * & Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua, * & in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitúti sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præceptum ejus. Dóminus dixit ad me: * Filius meus es tu, ego hódie genui te.

Póstula a me, & dabo tibi Gentes hereditátem tuam, * & possessiõnem tuam términos terræ.

Reges eos in virga fèrrea, * & tanquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite, * erudimini qui judicáti terram.

Servite Dómino in timóre: * & exultáte ei cui cum tremóre.

Apprehéndite disciplinam, nequando irascátur Dóminus, * & peccerátis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira ejus, * beati omnes qui confidunt in eo.

Antiphona. Beátus iste Sanctus, qui confíssus est in Dómino, prædicávit præceptum Dómini, constitúti sunt in monte sancto ejus.

Antiphona. Tu es glória mea, tu es susceptor meus Dómine: tu exáltans caput meum, & exaudisti me de monte sancto tuo.

Psalmus 3.

Domine quid multiplicáti sunt qui tribulant me? * multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt anime meæ: * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Dómine susceptor meus es, * glória mea, & exáltans caput meum.

Voceme ad Dóminum clamávi: * & exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, & soporátus sum: * & exurrexi, quia Dóminus suscepit me.

Non timébo millia pópuli circumdántis me: * exurge Dómine, & salvum me fac Deus meus.

Quóniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa: * dentes peccatórum contrivisti.

Dómini est salus: * & super pópulum tuum benedictio tua.

Antiphona. Tu es glória mea, tu es susceptor meus Dómine: tu exáltans caput meum, & exaudisti me de monte sancto tuo.

V. Amávit eum Dóminus, & ornavit eum.

R. Stolum glóriæ induit eum. Pater noster.

Absolutio. Exaudi Dómine. **Benedictio.** Benedicentiæ perpétua.

De libro Sapientiæ.

LECTIO I.

Cap. 4. b. 3.

Justus si morte præoccupásc fuerit, in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est non diuturna, neque annórum número computata: cani autem sunt sensus

hóminis, & ætas senectutis vita immaculata. Placens Deo factus est dilectus, & vivens inter peccatores translatus est. Raptus est ne malitia mutáret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet ánimam illius. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, & inconstántia concupiscéntiæ transvértit sensum sine malitia.

Consummátus in brevi explévit

temp.

tem

tem

tem

tem

tem

témpora multa: plácita enim erat Deo ánimá illius: propter hoc præparávit educere illum de médio iniquitátum.

R. Euge serve bone & fidéls, quia in pauca fuisti fidéls, supra multa te constituam: * Intra in gaudium Dómini tui.

V. Dómine quinque talénta tradidisti mihi, ecce ália quinque superlucrátus sum. Intra.

Benedictio. Unigénitus Dei Filius.

LECTIO II.

Populi autem vidéntes, & non intelligéntes, nec ponéntes in præcordiis talia: quóniam grátia Dei, & misericórdia est in sanctos ejus, & respectus in electos illius. Condémnat autem justus mórtuus vivos impios, & juvéntus exalérus consummata longam vitam inísti.

Videbunt enim finem sapiéntis, & non intelligunt quid cogitáverit de illo Deus, & quare munierit illum Dóminus. Videbunt & contémnent eum: illos autem Dóminus irridébit: & erunt post hæc decidéntes sine honóre, & in contumélia inter mórtuos in perpétuum: quóniam disrumpet illos inflátos sine voce, & commovébit illos a fundamentis, & usque ad suprénum desolabúntur.

R. Justus germinábit sicut lílium: * Et florébit in ætérnum ante Dóminum. **V.** Plantátus in domo Dómini, in átriis domus Dei nostri. Et florébit. **Benedictio.** Spiritus sancti grátia.

LECTIO III.

Erunt geméntes, & memoria illórum peribit. Veniént in cogitátiõne peccatórum suórum timidi, & tradúcent illos ex adverso iniquitátes ipsórum. Tunc stabunt justí in magna constántia adversus eos, qui se angustiavérunt, & qui abstulerunt labóres eórum. Vidéntes turbabúntur timóre horribili, & mirabúntur in subitátiõne inspe-

rate salutis, dicéntes intra se, ponéntiam ágéntes, & præ angustia spirítus geméntes: Hi sunt, quos habuimus aliquándo in derisum, & in similitudinem impropérii. Nos insensati vitam illórum astimabámus insániam, & finem illórum sine honóre: ecce quómódò computáti sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illórum est.

R. Iste cognóvit justitiam, & vidit mirabilia magna, & exorávit Altíssimum: * Et inventus est in número sanctórum. **V.** Iste est qui contémpsit vitam mundi, & pervénit ad cœlestia regna. Et inventus. Glória Patri. Et inventus.

In secundo Nocturno, Antiphona. Invocátem exalérus Dóminus sanctum suum, Dóminus exaudivit eum, & constituit eum in pace.

Psalmus 4.

Cum invocárem exaudivit me Deus justitiæ meæ: * in tribulatiõne dilatásti mihi.

Miserère mei: * & exaudi oratiõnem meam.

Filií hóminum úsquequò gravi corde? * ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium?

Escitótè quóniam misificávit Dóminus sanctum suum: * Dóminus exaudivit me, cum clamávero ad eum.

Irascimini, & nolite peccáre: * quæ dicitis in cõrdibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificáte sacrificium justitiæ, & speráte in Dómino: * multi dicunt: Quis osténdit nobis bona?

Signátum est super nos lumen vultus tui Dómine: * dedisti lætitiám in corde meo.

A fructu fruménti, vini, & ólei sui * multiplicáti sunt.

In pace in idipsum * dormiam & requiescam.

Quóniam tu Dómine singularíter in spe * constituisti me.

Añs. Invocantem exaudivit Dominus Sanctum suum, Dominus exaudivit eum, & constituit eum in pace.

Añs. Latentur omnes, qui sperant in te Domine: quoniam tu benedixisti justo, scuto bonae voluntatis tuae coronasti eum.

Psalmus 5.

Verba mea auribus percipe Domine, * intellige clamorem meum.

Intende voci orationis meae, * rex meus, & Deus meus.

Quoniam ad te orabo: * Domine mane exaudies vocem meam.

Mane astabo tibi, & videbo: * quoniam non Deus volens iniquitatem te es.

Neque habitabit iuxta te malignus: * neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.

Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: * perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus: * ego autem in multitudinem misericordiae tuae.

Introibo in domum tuam: * adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in iustitia tua: * propter inimicos meos dirigam in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas: * cor eorum vanum est.

Sepulchrum patens est guttur eorum, linguas suis dolose agebant: * iudica illos Deus.

Decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: * quoniam irritaverunt te Domine.

Et latentur omnes, qui sperant in te, * in aeternum exultabunt: & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: * quoniam tu benedices justo.

Domine, ut scuto bonae voluntatis tuae * coronasti nos.

Antiphona. Latentur omnes, qui sperant in te Domine: quoniam tu benedixisti justo, scuto bonae voluntatis tuae coronasti eum.

Antiphona. Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra quia gloria & honore coronasti sanctum tuum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Psalmus 8.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua * super caelos.

Ex ore infantium & lactentium perfectisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum & ultorem.

Quoniam videbo caelos tuos, opera digitorum tuorum: * lunam & stellas, quae tu fundasti.

Quid est homo, quod memores eius? * aut filius hominis, quoniam visitas eum.

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum: * & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus eius, * oves & boves universas: insuper & pecora campi.

Volucres caeli, & pisces maris, * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Antiphona. Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra! quia gloria & honore coronasti sanctum tuum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. **V.** Os justi meditabitur sapientiam. **R.** Et lingua eius loquetur iudicium. Pater noster.

Ab-

Absolutio. Ipsius pietas. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Deus Pater omnipotens.

Sermo Sancti Joannis Chrysostomi.

In Orat. de S. Philogonio, tom. 3.

Lectio IV.

BEATI N. dies, cujus festivitatem celebramus, ad ipsius recte factorum enarrationem linguam nostram evocavit: siquidem hodie beatus iste ad tranquillam, omnisque perturbationis expertem vitam transiit, eoque navigium appulit, ubi deinceps non poterit metuiere naufragium, nec ullam animi perturbationem, aut dolorem. Et quid mirum est, si locus ille purus est ab omni molestia animi, cum Paulus hominibus adhuc in hac vita de gentibus loquens dicat: Semper gaudete, sine intermissione orate?

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem aeternam. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et. **Benedictio.** Christus perpetuae.

Lectio V.

Quod si hic, ubi morbi, ubi insectationes, ubi praematurae mortes, ubi calumniae, ubi invidia, ubi cupiditates, ubi innumerabiles insidiae, ubi quotidianae sollicitudines, ubi perpetua sibi succedentia mala sunt, innumeros ex omni parte dolores afferentia, Paulus dixit fieri posse ut semper gaudeamus, si quis paululum ex rerum mundanarum fluctibus erexerit caput, vitamque suam recte compositaverit: multo magis, facile composites erimus ejus boni, cum haec omnia sublata fuerint, adversa valetudo, morbi, peccandi materia, ubi non est meum ac tuum, frigidum illud verbum, & quidquid

est malorum in vitam nostram inveniens, innumeratae gignens bella.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriae induit eum, * Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus loricae fidei, & ornavit eum. Et ad. **Benedictio.** Ignem sui amoris.

Lectio VI.

Quamobrem maxime operer gratulor hujus Sancti felicitati, quod quamquam translatus est, atque hanc, quae apud nos est, civitatem reliquit, tamen in alteram adscriptus est civitatem, nempe Dei: & digressus ab hac Ecclesia, ad illam pervenit, quae est primogenitorum descriptorum in caelis: ac relictis hisce festis, transiit ad celebritatem Angelorum. Etenim quod & civitas sursum sit, & Ecclesia, & celebritas, audi Paulum dicentem: Accessistis ad civitatem Dei viventis, Jerusalem caelestem, & Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in caelis, & ad multorum milium Angelorum frequentiam.

R. Iste homo perfecit omnia quae locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingredere in requiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Quia te vidi. Gloria Patri. Quia.

In tertio Nocturno. **Antiphona.** Domine, iste Sanctus habitabit in tabernaculo tuo, operatus est iustitiam, requiescet in monte sancto tuo.

Psalmus 14.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? * ut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula: * & operatur iustitiam:

Qui loquitur veritatem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua.

Nec

Nec fecit próximo suo malum * & opprobrium non accipit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: * timéntes autem Dóminum glorificat:

Qui jurat próximo suo, & non decipit. * qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & mínera super innocéntem non accipit.

Qui facit hæc, * non movébitur in ætérnum.

Antiphona. Dómine, iste Sanctus habitábit in tabernáculo tuo, operátus est iustitiam, requiescet in monte sancto tuo.

Antiphona. Vitam pétiiit à te, & tribuisti ei, Dómine: glóriam & magnum decórem imposuisti super eum: posuisti in capite ejus corónam de lapide pretioso.

Psalms 20.

Domine in virtute tua lætábitur rex: * & super salutáre tuum exultábit vehementer.

Desiderium cordis ejus tribuisti ei: * & voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum.

Quóniam prævenisti eum in benedictionibus dulcédinis: * posuisti in capite ejus corónam de lapide pretioso.

Vitam pétiiit à te: * & tribuisti ei longitúdinem diérum in sæculum, & in sæculum sæculi.

Magna est glória ejus in salutári tuo: * glóriam & magnum decórem impónes super eum.

Quóniam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi: * lætificábis eum in gáudio cum vultu tuo.

Quóniam rex sperat in Dómino, * & in misericórdia Altissimi non commovébitur.

Inveniátur manus tua ómnibus inimicis tuis, * dextera tua inveniát omnes, qui te odérunt.

Pones eos ut cilíbanum ignis in

témpore vultus tui: * Dóminus in ira sua conturbábit eos, & devorábit eos ignis.

Fructum eórum de terra perdes: * & semen eórum à filiis hóminum.

Quóniam declináverunt in te mala, * cogitáverunt consília, quæ non potuerunt stabilire.

Quoniam pones eos dorsum: * in reliquiis tuis præparábis vultum eórum.

Exaltáre Dómine in virtute tua: * cantábitis & psallémus virtutes tuas.

Antiphona. Vitam pétiiit à te, & tribuisti ei, Dómine: glóriam & magnum decórem imposuisti super eum: posuisti in capite ejus corónam de lapide pretioso.

Antiphona. Hic accipiet benedictionem à Dómino, & misericórdiam à Deo salutári suo: quia hæc est generatio quærentium Dóminum.

Psalms 23.

Domine est terra, & plenitudo ejus: * orbis terrárum, & universi, qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum: * & super flumina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini? aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens máribus & mundo corde, * qui non accipit in vano animam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accipiet benedictionem à Dómino: * & misericórdiam à Deo salutári suo.

Hæc est generatio quærentium eum, * quærentium faciém Dei Jacob.

Attólite portas principes vestras, & elevámini portæ æternáles: * & introibit rex glóriæ.

Quis est iste rex glóriæ? * Dóminus fortis & potens, Dóminus potens in prælio.

Attólite portas principes vestras,

tras, & elevámini portæ æternáles: * & introibit rex glóriæ.

Quis est iste rex glóriæ? * Dóminus virtutum ipse est rex glóriæ.

Antiphona. Hic accipiet benedictionem à Dómino, & misericórdiam à Deo salutári suo: quia hæc est generatio quærentium Dóminum.

Y. Lex Dei ejus in corde ipsius.

R. Et non supplantabuntur gressus ejus. Pater noster. **Absolutio.** A vinculis. **Y.** Jube domne. **Benedictio.** Evangelíca lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij.

Cap. 12. e

In illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in máribus vestris. Et reliqua.

Homília Sancti Gregórii Papæ.

Homília 13. in Evangelia.

Sancti Evangelii, fratres charissimi, aperta vobis est lectio recitata. Sed ne aliquibus ipsa ejus plantities alta fortasse videatur, eam sub brevitate transcurrimus, quantum ejus expositio ita nescientibus fiat cognita, ut tamen scientibus non sit onerosa. Dóminus dicit: Sint lumbi vestri præcincti. Lumbos enim præcingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus. Sed quia minus est mala non agere, nisi étiam quisque studeat & bonis operibus insudare, prótinus additur: Et lucernæ ardentes in máribus vestris. Lucernas quippe ardentes in máribus tenémus, cum per bona opera proximos nostris lucis exempla monstrámus. De quibus profecto operibus Dóminus dicit: Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omniconde suo laudávit Dóminum: * Ipse

intercedat pro peccatis ómnium populorum. **Y.** Ecce homo sine macula, verus Dei cultor, abstinentes se ab ómni opere malo, & pèrmanens in innocéntia sua. Ipse intercedat.

Benedictio. Cujus festum cólimus.

Lectio vij.

Duo autem sunt, quæ jubentur, & lumbos restringere, & lucernas tenere: ut & munditia sit castitatis in corpore, & lumen veritatis in operatione. Redemptóri etenim nostro unum sine áltero placere nequáquam potest: si aut is qui bona agit, adhuc luxuriæ inquinamenta non deserit: aut is qui castitáte præminet, necdum se per bona ópera exerceat. Nec castitas ergo magna est sine bono ópere: nec opus bonum est aliquod sine castitáte. Sed & si utrúmque ágatur, restat, ut quisquis ille est, spe ad supérnam patriam tendat, & nequáquam se à virtus pro mundi hujus honestate contineat.

R. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in máribus vestris:

• Et vos símiles hominibus expectántibus dóminum suum, quando revertátur à nuptiis. **Y.** Vigilate ergo, quia nescitis quâ hora Dóminus vester ventúrus sit. Et. Glória Patri. Et. **Bened.** Ad societatem.

Lectio ix.

Et vos símiles hominibus expectántibus dóminum suum, quando revertátur à nuptiis: ut cum vénerit, & pulsaverit, confestim aperiant ei. Venit quippe Dóminus, cum ad iudicium præparat: pulsat eum, cum jam per ægritudinis molestias esse mortem vicinam designat. Cui confestim aperimus, si hunc cum amore suscipimus. Aperire enim iudicium pulsant non vult, qui exire de corpore trépídant: & videre eum, quem contempsisse se meminit, iudicem formidat. Qui autem de sua spe & operatione securus est, pul-

sánti confestim áperit, quia lætus iudicem sustinet: & cum tempus propinque mortis advenerit, de glória retributiónis hilaréscit.

Te Deum laudamus. 13.

A. D. L. A. U. D. E. S.

& per Horas, Antiphona.

Domine, quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum. *Psalmus.* Dominus regnavit, cum reliquis. 14. *Añs.* Euge serve bone, in módico fidéllis, intra in gaudium Dómini tui. *Añs.* Fidélis servus & prudens, quem constituit Dóminus super familiam suam. *Añs.* Beátus ille servus, quem cum vénerit dominus ejus, & pulsaverit januam, invenerit vigilantem. *Añs.* Serve bone & fidéllis, intra in gaudium Dómini tui.

Capitulum.

Eccli 31.

Béatus vir, qui inventus est sine mácula: & qui post aurum non abiit, nec sperávit in pecúnia & thesauris. Quis est hic, & laudávimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua.

Hymnus.

Jesu coróna celsior,
Et veritas sublimior,
Qui confitenti servo
Reddis perénne præmium:

Da supplicanti cœtui,
Hujus rogátu, noxii
Remissionem criminis,
Rumpéndo nexum vinculi.

Anni réverso tempore,
Dies refulsit lumine,
Quo Sanctus hic de corpore
Migrávit inter sidera.

Hic vana terræ gaudia,
Et luculénta prædia,
Pollúta sorde deputans,
Ovans tenet cœlestia.

Te Christe Rex píssime
Hic confitendo júgiter,
Calcávit artes dæmonum,
Sævumque avérni principem.

Virtúte clarus, & fide,
Confessione sédulus,
Jejúna membra déferens,
Dapes supérnas obtinet.
Proíndé te píssime
Precámur omnes supplices
Nobis ut hujus grátia
Pœnas remittas débitas.
Patri perénnis glória,
Natóque Patris único,
Sanctoqne sit Paráclito
Per omne semper sæculum.
Amen.

V. Justum deduxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Benedictus, Antiphona.

Euge serve bone & fidéllis, supra multa te constituam, intra in gaudium Dómini tui.

Oratio.

Deus, qui nos beati *N.* Confessoris tui annua solemnitate lætificas: concède propitius; ut cujus natalitia cõlimus, etiam actiones imitemur. Per Dóminum.

Alia Oratio.

Adésto Dómine supplicatióibus nostris, quas in beati *N.* Confessoris tui solemnitate deférimus: ut qui nostræ justitiæ fiduciam non habémus, ejus, qui tibi placuit, præciibus adjuvémur. Per Dóminum.

Si fuerit Abbas

Oratio.

Intercéssio nos, quæsumus Dómine, beati *N.* Abbatis commendat: ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocinio assequámur. Per Dóminum.

Ad Tertiam, Antiphona. Euge serve bone. Capitulum. Beátus vir, qui inventus est, ut sup. lxxix.

x. br. Amávit eum Dóminus, * Et ornávit eum. Amávit. **V.** Stola glória induit eum. Et ornávit. Glória Patri. Amávit eum. **V.** Os justi me-

meditábitur sapiéntiam. **R.** Et lingua ejus loquétur judicium.

Ad Sextam, Antiphona. Fidélis servus.

Capitulum.

Eccli 39.

Justus cor suum tradidit ad vigilandum dilicólo ad Dóminum, qui fecit illum, & in conspéctu Altissimi deprecábitur.

R. br. Os justi * Meditábitur sapiéntiam. Os justi. **V.** Et lingua ejus loquétur judicium. Meditábitur. Glória Patri. Os justi. **V.** Lex Dei ejus in corde ipsius. **R.** Et non supplantábuntur gressus ejus.

Ad Nonam, Antiphona. ve bone.

Capitulum.

Sap. 10. b.

Justum deduxit Dóminus per vias rectas, & osténdit illi regnum Dei, & dedit illi sciéntiam Sanctorum: honestávit illum in laboribus, & complévit labores illius.

R. br. Lex Dei ejus * In corde ipsius. Lex. **V.** Et non supplantábuntur gressus ejus. In corde. Glória Patri. Lex Dei. **V.** Justum deduxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Vesperas, Añs. Domine, quinque talenta, cum reliquis de Laudibus. lxxij. Psalmi, Capitulum & Hymnus, ut in primis Vesp. lxxv. **V.** Justum deduxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Magnificat, Antiphona.

Hic vir despiciens mundum, & terréna, triumphans, divitiis cœlo condidit ore, manu.

Si occurrat celebrari Festum plurimum Confessorum non Pontificum, Officium fit ut supra: sed in Oratióne & Sermone, quæ habentur in singulari, dicantur in plurali.

Aliz Lectiones pro Confessore non Pontifice.

In primo Nocturno.

De libro Ecclesiástici.

LECTIO j.

Cap. 31.

Béatus vir, qui inventus est sine mácula: & qui post aurum non abiit, nec sperávit in pecúnia & thesauris. Quis est hic, & laudávimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probátus est in illo, & perfectus est, erit illi glória eterna: qui póuit transgredi, & non est transgressus: facere mala, & non fecit: ideó stabilita sunt bona illius in Dómino: & elemósynas illius enarrábit omnis ecclésia sanctorum.

R. Euge serve bone & fidéllis, supra multa te constituam. * Intra in gaudium Dómini tui. **V.** Dómine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Intra.

LECTIO ij.

Cap. 32. o & 33.

Qui timet Dóminum, excipiet doctrinam ejus & qui vigiláverit ad illum, invéniet benedictiõnem. Qui querit legem, replébitur ab ea: & qui insidiosè agit, scandalizábitur in ea. Qui timet Dóminum, invéniet judicium justum, & justitias quasi lumen accendént. Qui credit Deo, attendit mandatis: & qui confidit in illo, non minorábitur. Timénti Dóminum non occurrunt mala, sed in tentatiõne Deus illum conservávit, & liberábit a malis. Sapiens non odit mandata & justitias, & non illidétur quasi in procélla navis. Homo sensatus credit legi Dei, & lex illi fidéllis.

R. Justus germinábit sicut lilium: * Et florébit inf æternam ante Dóminum. **V.** Plantárus in domo Dómini, in atris domus Dei nostri. Et florébit.

Lea-

Lectio iij.

Cap. 34. b

Spiritus tímētium Deum queritur, & in respectu illius benedicetur. Spes enim illorum in salvantem illos, & oculi Dei in diligentes se. Qui tímēt Dóminum, nihil trepidabit, & non pavébit quóniam ipse est spes eius. Tímētis Dóminum beata est anima eius. Ad quem respicit, & quis est fortitudo eius? Oculi Dómini super tímētes eum, protectór poténtiæ, firmamentum virtútis, régimen ardóris, & umbráculum meridiáni, deprecatio offénsionis, & adiutorium casús, exáltans ánimam, & illuminans oculos, dans sanitátem, & vitam, & benedictionem.

Iste cognóvit iustitiam, & vidit mirabilia magna, & exorávit Altíssimum: **¶** Et inventus est in numero sanctorum. **¶** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Et inventus. Glória Patri. Et inventus.

In secundo Nocturno.

Ex libro Morálum Sancti Gregórii Papæ.

Lib. 10. cap. 16. in cap. 12. Job.

Lectio iij.

Deridetur justi simplicitas. Huius mundi sapientia est, cor machinationibus tegere, sensum verbis velare; quæ falsa sunt, vera ostendere; quæ vera sunt, falsa det monstrare. Hæc nimirum prudentia usu à juvenibus scitur, hæc à pueris prætio discitur: hanc qui sciunt, cæteros despiciendo superbiunt: hanc qui nesciunt, subjecti & timidi in aliis mirantur: quia ab eis hæc eadem duplici-tatis iniquitas nomine palliata diligitur, dum mentis perversitas urbanitas vocatur. Hæc sibi obsequentiis præcipit honorum cúlmina quærere, adæpta temporalis glóriæ vanitate gaudere, irrogata ab aliis mala multipliciis reddere:

cùm vires suppetunt, nullis resistētibz cedere: cum virtutis possibilitas deest, quidquid explere per malitiam non valent, hoc in pacifica bonitate simulare.

Honestum fecit illum Dóminus, & custodivit eum ab inimicis, & seductoribus tuávit illum: **¶** Et dedit illi claritatem æternam. **¶** Justum deduxit Dóminus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et.

Lectio v.

AT contra, sapientia iustorum est, nil per ostensionem fingere, sensum verbis aperire, vera ut sunt diligere, falsa devitare; bona gratis exhibere, mala libentius tolerare, quam facere; nullam iniuriæ ultionem querere, pro veritate contumeliam lucrum putare. Sed hæc iustorum simplicitas deridetur: quia ab huius mundi sapientibus, puritatis virtus fatiitas creditur. Omne enim quod innocenter agitur, ab eis proculdubio stultum putatur: & quidquid in opere veritas approbat, carnali sapientiæ fatuum sonat. Quid namque stultius videtur mundo, quam mentem verbis ostendere, nil callidâ machinatione simulare, nullas iniuriis contumelias reddere, pro maledicentibus orare, pauperatam quærere, possessa relinquere, rapiēti non resistere, percutiēti alteram maxillam præbere?

Ramavit eum Dóminus, & ornávit eum: stólam glóriæ induit eum. **¶** Et ad portas paradisi coronávit eum. **¶** Induit eum Dóminus lorcam fidei, & ornávit eum. Et.

Lectio vj.

Cap. 17. post init.

Lampas contempta apud cogitationes divitum. Sæpe contingit, ut electus quisque, qui ad æternam felicitatem ducitur, continuâ hic adversitatem deprimat: non hunc rerum abundantia fulciat, non dignitatum gloria honorabilem ostendat, nulla ei ob-

ob-

obsequentium frequentia suppetat, nulla hunc humanis oculis vestium pompa componat: à cunctis verò despiciabilis cernitur, & huius mundi gratiâ indignus aestimatur: sed tamen ante occulti iudicis oculos virtutibus emicat, vite méritis coronatur: honorari mérit, despicí non refugit: corpus continentia afficit, solâ in animo dilectione pinguiscit: mentem semper ad patientiam præparat, & erectus pro iustitia, de perceptis contumeliis exultat: afflictis ex corde compátitur, de bonorum prosperitatibus quasi de propriis lætatur: sacri verbi pábula in mente sollicitus ruminat: & inquisitus quodlibet eloqui dupliciter ignorat.

Iste homo perfecit omnia quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrédere in requiem meam: **¶** Quia te vidi justum coram me ex vniuersis gentibus. **¶** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Quia te. Glória Patri. Quia te.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij.

Cap. 12. d

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

Lib. 4. cap. 54. in Luc. 12.

Pusillum gregem electorum, vel ob comparationem majoris numeri reproborum, vel potius ob humilitatis devotionem nominat: quia videlicet Ecclesiam suam quantalibet numerositate jam dilatam, tamen usque ad finem mundi humilitate vult crescere, & ad promissum regnum humilitate pervenire. Ideo- que ejus labores blandè consolatus, quam regnum Dei tantum quærere

Pars Æstiva.

præcipit, eidem regnum à Patre dandum complacitâ benignitate promittit.

Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudávit Dóminum: **¶** Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **¶** Ecce homo sine quærela, versus Dei cultore, abstinentis se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Ipse.

Lectio vij.

Vendite quæ possidētis, & date eleemôsynam. Nolite, inquit, timere, ne propter regnum Dei militantis huius vite necessaria desint: quin etiam possessa propter eleemôsynam vendite. Quod tunc dignè fit, quando quis semel pro Dómino suis omnibus spretis, nihilominus post hæc labore manuum, undè & victum transigere, & eleemôsynam dare queat, operatur. Undè gloriatur Apóstolus, dicens: Argentum, aut aurum, aut vestem nullus concupivi: ipsi scitis, quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos.

Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: **¶** Et vos similes hominibus expectantibus dóninum suum, quando revertatur à nuptiis. **¶** Vigilate ergo, quia nescitis quâ hora Dóminus vester venturus sit. Et vos similes. Glória Patri. Et vos.

Lectio iij.

Facite vobis sæculos, qui non veterascunt, eleemôsynas videlicet operando, quarum merces in æternum maneat. Ubi non hoc præceptum esse putandum est, ut nil pecuniæ reservetur à sanctis, vel suis scilicet, vel pauperum usibus suggerendæ: cum & ipse Dóminus,

Ggg

cui

qui ministrabant Angeli, tamen ad informandam Ecclesiam suam loculos habuisse legatur, & à fidelibus oblata conservans, & suorum necessitatibus, aliisque indigentibus tribuens; sed ne Deo propter ista serviat, & ob inopie timorem justitia deseratur.

Te Deum laudamus 13.
PRO ABBATIBUS.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. *Cap. 19. d.*
In illo tempore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Homilia Sancti Hieronymi Presbyteri.

Lib. 3. in Matth. cap. 19.

Grandis fiducia: Petrus piscator erat, dives non fuerat, cibos manu & arte querebat: & tamen loquitur confidenter, Relinquimus omnia. Et quia non sufficit tantum relinquere, jungit quod perfectum est: Et secuti sumus te. Fecimus quod jussisti: quid igitur nobis das boni præmii? Jesus autem dixit illis: Amen dico vobis: quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Non dixit, Qui reliquistis omnia: hoc enim & Crates fecit Philosophus, & multi alii divitias contempserunt: sed, qui secuti estis me: quod proprie Apostolorum est, atque credentium.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dominum:

V. Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **R.** Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinent se ab omni opere malo, & per-

manens in innocentia sua. Ipse.

Lectio viij.

In regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede maiestatis sue (quando & mortui de corruptione resurgent incorrupti) sedebitis & vos in solis iudicantium, condemnantes duodecim tribus Israël: qui vobis credentibus, illi credere voluerunt. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Locum iste cum illa sententia congruit, in qua Salvator loquitur: Non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem à patre suo, & matrem à filia, & nurum à socru: & inimici hominis domestici eius. Qui ergo propter fidem Christi, & prædicationem Evangelii, omnes affectus contempserint, atque divitias & sæculi voluptates: isti centuplum recipient, & vitam æternam possidebunt.

R. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris:

V. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur à nuptiis. **R.** Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Et vos. Glória Patri. Et vos.

Lectio ix.

Ex occasione hujus sententiae quidam introducunt mille annos post resurrectionem, dicentes: Tunc nobis centuplum omnium rerum quas dimisimus, & vitam æternam esse reddendam: non intelligentes, quod, si in cæteris digna sit repositio, in uxoribus appareat repugnatio: ut qui unam pro Domino dimiserit, centum recipiat in futuro. Sensus ergo iste est: Qui carnalia pro Salvatore dimiserit, spiritualia recipiet: que comparatione & merito sui

sui ita erunt, quasi si parvo numero centenarius numerus comparatur.

Te Deum laudamus. 12.

C O M M U N E

Virginum.

Ad Vesperas, Antiphona.

Hæc est virgo sapiens, & una de numero prudentum.

Psalmus 109.

Dixit Dominus Domino meo: *

Sede à dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos: * scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tue emittet Dominus ex Sion: * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tue in splendoribus sanctorum: * ex utero ante luciferum genuit te.

Juravit Dominus, & non poenitebit eum: * Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Dominus à dextris tuis, * confringit in die ire sue reges.

Judicabit in nationibus, implebit ruinas: * conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet: * propetere exaltabit caput.

Antiphona. Hæc est virgo sapiens, & una de numero prudentum.

Antiphona. Hæc est virgo sapiens, quam Dominus vigilantem invenit.

Psalmus 119.

Laudate pueri Dominum: * laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum, * ex hoc nunc, & usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occasum, * laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus: * & super caelos gloria ejus. Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, * & humilia respicit in caelo & in terra?

Suscitans a terra inopem, * & de stercore erigens pauperem:

Ut collocet eum cum principibus, * cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum latentem.

Antiphona. Hæc est virgo sapiens, quam Dominus vigilantem invenit.

Antiphona. Hæc est que nescivit torum in delicto: habebit fructum in respectione animarum sanctorum.

Psalmus 121.

Lætatus sum in his, que dicta sunt mihi: * In domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri, * in atris tuis Jerusalem.

Jerusalem, que edificatur ut civitas: * cuius participatio ejus in idipsum.

Illic enim ascendet tribus, tribus Domini: * testimonium Israël ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio, * sedes super domum David.

Rogate que ad pacem sunt Jerusalem: * & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: * & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & proximos meos, * loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei nostri, * quasi bona tibi.

Antiphona. Hæc est que nescivit torum in delicto: habebit fructum in respectione animarum sanctorum.

Antiphona. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum, alleluia.

Psalmus 126.

Nisi Dominus edificaverit domum, * in vanum laboraverunt qui edificent eam.

Nisi Dominus custodierit civitatem, * frustra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: * surgite postquam sederitis, qui manducatis panem dolioris.

Cum dederit dilectis suis somnum: * ecce hæreditas Domini, fili-